

conuersio: et a deo frequens liberatio conferatur. Nomen est
 fuerit ferreum pectus vel cor lapideum: per totiens liberati
 emolliti: necesse est ad gratiam liberatis quatenus homo deus
 diligat: non propter se tantum sed propter ipsum. Ex occasione
 quippe frequentium necessitatum: crebris necesse est interpellati
 oibus deum ab homine frequentari. frequentando gustati
 ti: gustando probari: quoniam suavis est deus. Ita fit ut ad dili-
 gendum purum deum plus iam ipse alliciat gustata suauitas
 quam urgeat nostra necessitas. Suauitatem potes intelligere vel
 eius delectabilitatem: vel benignitatem.

De signis diuini amoris. Capi. vij.

Requiritur de signis diuini amoris no-
 tandum est quod decem sunt signa quibus uerum
 aliquis amet deum. Primum est cum aliquis libenter
 cogitat de deo: ubi enim amor ibi oculus. Unde super illud Ier-
 xx. Dicit si tu sustulisti eum dicit mihi: ubi posuisti eum. Dicit
 autem gloria: non dicit quem: quod hoc in animo agere solet vis amo-
 ris: ut quem semper cogitat nullum alium ignorare credat. Sap-
 vj. Cogitare de illa sensus est assumptus: loquitur de sapientia in-
 creata. Secundum est cum aliquis est libenter in domo dei.
 Luc. ij. Et de anna quod non discedebat de templo quod meruit inter-
 esse presentationis domini in templo. Et christus cum esset duode-
 cim annorum inuentus est in templo Luc. ij. qui matri sue et io-
 seph ait. Nesciebatis quod in hijs que patris mei sunt oportet
 me esse: Et super illud math. xxi. intrauit Iesus in templum: in
 dicit glossa. Ingressus uerum primo templum adque dans for-
 mam religionis: ut quocumque inuis primus domum oratio-
 nis si ibi est addeamus. Crisostomus. Proprium erat homini si-
 lium ut ueniens: primo ad domum uereret patris. Tu autem
 imitator christi factus cum in aliquam ingressus fueris ciui-
 tatem: primo ante omnem actum ad ecclesiam curras. Tertium
 est cum aliquis de deo vel cum deo libenter loquitur. De
 hoc habemus exemplum in magdalena: que christum dile-
 xit multum: cuius uerba que habentur in euangelio vel de deo